



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Libellvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

sunt reprobatae tanquam falsæ, & hereticæ 24. quæstio. 3. c. pen. & d. 1. 3. c. sancta Romana. de sum. trinit. & fid. cath. c. damnum amus. Quædam reprobatæ tanquam apocryphæ, in d.c. sancta Romana. Quædam sunt approbatæ, in d. capit. sancta Romana. quæ omnia prædicta non adduco. Qui vult ea in singulati videre, legat sil. ver. lex. q. 12. v. que ad 14. patu enim ad confessores spectant.

<sup>23</sup> L E X tollitur. Primo consuetudine contraria supra, Consuetudo. §. secundo. Secundo, per non usum, ut colligitur ex Panormitan in capitu. Ioannes, de cleri coniu. Si non usus habet in se a cum tacitum contra iuris dispositionem, inducit consuetudinem derogantem legi. Tertio, per constitutionem posteriorem contrariam, licet non faciat mentionem de priore, secundum Panormit. in cap. cum accessissent & ca. 1. de cognatione. nisi habeat clausam derogatoriam ad secundam, quo casu, opus esset facere mentionem de prima, in cap. nonnulli. de rescri. Quidam dicunt quod non oportet facere talem mentionem de prima, quia princeps presumitur omnia scire, & velle reuocare primam. Et Archid. flo. dicit simpliciter, quod posterior constitutio tollit priorem, etiam si de ea non fiat mentio, nisi prior sit rescriptum. c. cœtetum. de rescrip. vel priuilegiū, ut not. gloss. in can. quoniam. dist. 28. vel nisi sit consuetudo, quia non tollitur per sequentem, nisi fiat mentio de ea. ca. licet de consti. lib. 6. Multæ sunt constitutiones imperatoriaæ, quæ cum fiat iniustæ, obligate in conscientia non possunt, de quibus Sil. ver. lex. q. 10. §.

## LIBELLVS.

Libellus famosus, quo quis schédu-  
lam scribit continentem crimen, vel infamiam, aut iniuriam alicuius, & proijicit, vel appèdit in publicum, vt quis infameretur ex se peccatum mortale est, quia contra bonum notabile proximi videlicet famam: nisi forte ex imperfectione actus. Et pertinet ad detractionem, si est occultum no-

men scribentis: ad contumeliam vero si sit manifestum. Per legem autem contra tales statuta, est magna pena. c. si quis famosum. §. q. 1. & secundum canones, talis debet flagellari, & excommunicari. §. q. 1. c. qui in alterius. In foro penitentiali tenetur talis ad restituitionem famæ. suprà, Detraction. §. 4. Re stitutio. §. 41.

## LITERÆ.

<sup>1</sup> LITERAS alterius signatas aperi te sine licentia mittentis, vel eius ad quemmittuntur, vel sine authentice publica, vel ratificatione peccatum mortale est ex genere suo, ad iniustam curiositatem pertinens: maxime quando fit animo iniuriandi, vel infamandi, vel damnificandi proximum in rebus, aut in fama notabiliter. Potest etiam esse veniale, quando non adest mala intentio, nec est periculum de damno notabili corporali, vel spirituali. Si autem ex causa rationabiliter aperiantur, ut propter proditio nes, vel ut faciunt prelati, & superiores erga subditos, & patres erga filios & filias, & matris erga uxores, non peccant, quia iure suo utuntur, nisi forte mala intentione hoc facerent supra, Falsarius. §. 4. Sed si ad caendum malum peccatum non est.

<sup>2</sup> LITERAE si sunt generales, ut cu dicuntur, præsentium latori adhibeantur, secundum Panor. in. c. fraternitat: de cleri. non resid. non derogant scribenti, nec laetus per hoc potest aliquid intentare in præiudicium scribentis, quia potius sunt literæ commendationis. Si vero aliiquid addetur, (ut puta) dectis quod perit sub periculo meo, vel fide mea, & huiusmodi, securus esset, vel nisi dolose dederit illi literas, quia tunc tenerit. ar. l. quod venditio ff. de dol. Quando vero literæ sunt magis speciales, ut cu dicuntur, tali, qui de mœte mea est informatus, fidem adhibeant plenam: tunc teneat scribente, & ille, cui scribitur, agere contra eum: non tamē debet ei credere in aliquo, quod ei approprietur. Facit l. si vero remunerandi, ff. mandat. De hoc vide Panormitanum in d.c.

